



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Iacobi Merlini Doctoris epistola nuncupatoria, Reverendissimis In Christo
Patribvs Et Dominis Meis Prestantissimis Stephano & Francisco Poncherijs
Senonensis, & Parisiensis ecclesię presulibus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](#)

CHALCOGRAPHVS

PIO LECTORI. S. P. D.



VVM NOBIS omnibus nihil salubrius sit lector Christiane, & ea de facie agnoscere, ac fideliter obseruare, que ad bene pertinent beateq; viuendum, tam generalia nunc quam etiam prouincialia, vetustissimorum (& quidem beatissimorum) Pontificum, patrum Concilia, ad communem omnium utilitatem publicare curauimus. Quod etiam ut accurate fieret, plurimum huic studio vigiliarum impendimus. Nec immerito, Scriptum est enim, Interroga patrem tuum & annunciatib; maiores tuos & dicet tibi. Et iterum. Quanta audiuius & cognouius, ea & patres nostri narrauerunt nobis. Illa potissimum suscipienda, que & sacro martyrum sanguine, & sanctissimorum sunt patrum testimoniis confirmata. Illis igitur consentire, a quibus nemo bonus vñquam dissentit, non solum laudabile & gloriosum, verum etiam salutiferum est ac plane diuinum. Quod christianissimus rex Francie animaduertens, voluit hęc Concilia cum priuilegio imprimi, vt debitus hisipis honos exhiberet. Tu igitur talen, tantumq; Regem imitatus, ac sanctorum patrum sequens vestigia, hoc tibi elaboratum Conciliorum opus non aspernare. Vale feliciter. Colonię ex eisdibus Quentelianis. Anno domini, M. CCCCC. XXX. in Martio.

Jacobi Merlini Doctoris epistola nuncupatoria,

REVERENDISSIMIS IN CHRISTO PATRIBVS ET DOMINIS MEIS PRESTANTISSI- mis Stephano & Francisco Poncherijs Senonensis, & Parisiensis ecclesię presulibus circumspectissimis, Iacobus Merlinus Doctor Theologus. S. P. D.



A CROS ANCTOR VM Conciliorum, orthodoxorumq; pontificum instituta, que partim dudum beatus Isidorus in unum comportuerat, partim tu reuerendissime pater plumbo obfirmata publicanda dedisti, in unum referrevolumen non dissimulauis, conducibilius reipublice nihil fore existimas, quippe cum tam copiose, tamen catholice singula que aut ad atterendos mortalium errores, aut ad instaurandum iam prope collapsum orbem preferant, ut facile nunc quisque ad manum habeat, unde hereses & hereticos iuguler, elatos deprimat, voluptuosos defatiget, excitet torpentes, exinaniat ambitiosos, vulpes capiat parvulas, vineā ecclesiasticam demolientes. Si igitur posthac monstra a republica arcere, pellereq; quispiam contendat, quid prestans lapidibus David, quos hic Iordanis copiosissime subministrat. Si item votis efflentium satisfacere tentet, quid copiosius, suauiusq; opibus quas hec de remotissimis oris veniens nauis attulit. Si vero semitam & veritatis splendorem concupiscat, ex quibus optimo iure pellantur errorum tenebre, & procul abeant cum suis auctoribus, quid apertius patrum parentumq; sententijs, quas impellente sancto spiritu in hunc acerum cōportarunt. Hic nempe velut ex prato floribus uniuersis pleno, facile conceduntur, quecumq; ad rem conferunt ecclesiasticam, quecumq; ad comprimenda vitia, extinguedosq; concupiscentie ardores conducunt. Hic prestantissima margarita, mox si paululum effoderis, occurret. Hic quo sicut Demon suscitauit hereticos, iugulatoros, confoscos, prostratosq; intueberis. Hic rituum atq; orthodoxę ecclesię sacramentorum osores, plagiis impositis, semimortuos agnosces. Hic quo sponsi ecclesię iura tuearis, hic sponsę libertates, & quecumq; reliqua que ad pacificum conuictum hominum conspirant, facile depro-

A ij mes

mes. Hic velut ad petram parvuli, Nouatus, helchesaite, Sabellius, Cherintus, Nepotianus eum
Paulo samosateno eliduntur. Hic scintilla Arriane perfidie ne magnū tandem preberet incendiū
Fotinus itum, Eunomius, Hebion, Montanus prisca emoriuntur. Hic velut condensissima silua
latitant orthodoxi, qui instar vrsorum, Pelagium, Appolinarem Priscillianum, Nestorium &
Cathaphrygas cū filiis hierico laniant, lacerantq. Hic Eutices Manicheus, Acephali, Diocorus,
& Theodorus prosternuntur. Hic Seuerus aquilegī, gladio phinees iugulatur. Hic monothe-
lite, mandibula asini deiſtiuntur, hic Sergius, Pirrus, Macharius, velut vulpes parvulę tenen-
tur, hic Hussite perfidi, vvideſtis infani, & Bohemī apostate atq; schismatici, cū sua tota poste-
ritate, vt singularis ferus, perpetuo feriuntur anathemate. Hic regum & imperatorum tyrannis
velut chamo & freno reprimitur. Hic presulum & pontificum luxus coarguitur. Si defentiant
principes, hic scinceera pax latiat. Si de primatu disceptent presules, hic magni cōciliij angelus, pre-
ficiendum ceteris patefacit. Si pestilens zizania agrum dominicum labefactare incipiat, mox pa-
ter excitatur euangelicus, qui in faciculos, incendio dandam colligere precipiat, quorum uim atq;
conditionem si semel degustauerint auctoritates illę supremę principum scilicet & pontificum,
ecclesiasticam mox excitabunt potestatem, que dudum a Basiliē, cōcilio tortiens commonita, vi-
res resumere non valuit, excitata tandem brachium vibrauit, nec prius ab instituto manus reuoca-
bit, donec olim perditam drachmam (veritatem dico vitę doctrinę, & iustitię) inuenierit. Cum itaq;
ex huiusmodi argumentis tam copiosum, utileq; reipublice antidotum expectetur, uobis reueren-
dissimis patribus, qui verissimam cicatricem Christi tenetis, supremisq; studijs sanctā Hierusalem,
sponsam Christi electissimam restituere, illustrateq; pulsis omnibus errorū fuis, contenditis, huc
nostrum tantillum laborem, per vos rei publice offerendum, dignum duxi. Non parum mercedis
me assūcturū existimans, modo ex alumno vestro (cuius animū vix humeri sufferū) qualibuscq;
studijis (velut mel de petra, & oleum de saxo durissimo) argumenta proferatis, quibus a Gallorū se-
dibus pellantur hereses, restoretur veritas, inanescq; & nullius momenti contentiones evanescant. Ac-
cipite igitur optimi patres has nastras locubrationes rei ecclesiasticeq;, imo & toti orbī mea
sententia profuturas, vnde docti, pariter & indocti in promptu habeat quo delectentur
quo se item aduersus pestilentes (nescio quorū hominū) rabies, iuuent, protegat,
tueantur, quo item cessent pariter & apudentur singula errorum seminaria,
cedant bella paci, vniōni schismata, veritati error. Et luceat veritatis
lumen in Syon, & agnoscatur verus zeli caminus in Hierusa-
lem Christus scilicet qui ventis, procellisq; rufus atq;
iterum vtinam imperet.

